VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Seite 101r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Qui timent dñm inquirent quæ bene placita sunt illi. Et qui diligunt eum replebuntur lege ipsi. Qui timent dñm parabunt corda sua. Et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dñm custodiunt mandata illius. Et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius dicentes. Si penitentiam non egerimus incidimus in manus dei. Et non in manus hominum. Sicut enim magnitudo illius sic et misericordia ipsius cum ipso est. Filii sapientiæ ecclesiæ [illegible] nostrorum et nano illorum obedientia et dilectio. Judicium patris audite filii dilecti et sic facite ut salvi sitis. Deus enim honorauit patrem in filiis. Et iudicium matris exquirens firmauit in filiis. Qui diligit dñm exorauit peccatum. Et confitebitur se abiliis. Et incantat dicit exaudiet. Et sicut qui thesaurizat ira et qui honorificat

De honore parentum. Vij.

Qui honorat patrem iocundabitur in filiis. Et in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum vita uiuet longioribus. Et qui obedit patri refrigerabit matrem. Qui timet dñm honorat parentes et quasi dominis suis seruit his qui se generauerunt in opere et sermone et omni patientia. Honora patrem tuum ut superueniat tibi benedictio ab eo. Et benedictio illius annouissimo manet. Benedictio patris firmat domus filiorum. Maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne gloriaris in contumelia patris tui. Non enim est tibi gloria. Gloria enim hominis ex honore patris sui. Et dedecus filii pater sine honore. Fili suscipe senectam patris tui. Et ne contristes eum in vita illius. Et si defecerit sensu ueniam ei. Et ne spernas eum cum sis in virtute tua. Misericordia enim patris non erit in oblivionem. Pro peccatis matris restituet tibi. In iustitiam edificabitur in die tribulationis. Obliuiscetur. Sicut in sereno glacies solvent tua peccata. Qui malediciit patrem et qui relinquit patrem et qui maledicit matrem. Vij.

Fili in mansuetudine opera tua perfice et super hominem gloriam diligis. Quanto magnus es humilia te in omnibus. Et coram deo inuenies gratiam. Quia magna potentia dei solus et abhumilibus honorat. Altiora te ne quæsieris. Et fortiora te ne scrutaris. Et quæ præcepit tibi de illa cogita semper. Et pluribus operibus eius ne fuisse curiosus. Plurima enim ipsi sensus hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio eorum. Et in iniquitate retinuit sensus illorum. Cor duritia male habebit in nouissimo. Et qui amat periculum in illo peribit. Cor ingrediens duas vias non habebit successus. Et perversus cordis in illis scandalizabitur. Cor nequam gravabitur in coloribus. Et peccator adiuvet ad peccandum. Et in synagogis superiorum non est sanitas. Fructus eius percant eradicabitur in illis. Et non intelligetur. Cor sapientis intelligit in sapientia. Et aures bona audiet ei enim concupiscentia sapientiæ. Sapiens cor et intelligibile abstinebit se a peccatis. Et in operibus iustitiæ suis successus habebit. Ignis ardentem extinguit aqua. Et eleemosina resistit peccatis. Et deprecator eius qui retribuit gratiam meminit. Et posterius ipse eius inuenies firmamentum.

Eleemosina pauperis. viij. iiij.

Fili eleemosynam pauperis ne retrahas. Et oculos tuos ne iniustos a pauperibus. Animam eius ne despicias. Et non asperis pauperem in inopia sua. Cor inopis ne affligas. Et non protrahas datum angustiam. Rogantem o tribulatam ne abnegas. Et ne auertas faciem tuam abegenio. Ab inope ne auertas oculos. Et ira et non relinquas quærentibus. Et retro maledicere. Maledicentis enim et in amaritudine animæ exaudiet precatio illius. Exaudiet autem illum qui fecit eum. Congregationem pauperum affabilem te facito. Et pro humilia animam tuam. Et magnato humilia caput tuum. Declina pauperi aure tua. Et redde debitum tuum. Et responde pauperi in mansuetudine. Lege eum qui iniuriatur patiens de manu superiori. Et noli fieri ferox in manu. Et iniquitatem esto. Pupilli et iu- dua

pupillis miseri cordiam ut pater. Et pro uiro in matri illorum. Et erit tu velut filius altissimi obedientia. Et miserebitur tui magis quam mat-

Glosa.

Ne quæ sit nostra ea quæ abscondita sunt videlicet opera tuis suspicaris. Et ea noli scrutari in multiplicibus operibus eius non erit curiosus. Et plurima enim sensus